



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quām extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de
Montisfalisci, M.DCC.XVII.**

Canon VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72191](#)

C A N O N V I I.

Ex Decreto Sylvestri Papæ II.

NEmini Regum, aut cuiquam hominum in proprium Jus liceat Monasterium tradere, nisi ad aliud Monasterium, vel commutare, nisi cum alio Monasterio, vel quocumque commercio vendere. Quod si factum fuerit, non valebit, sed ipsum Monasterium in pristinum reformatum statum.

C O M M E N T A R I U M.

HX hoc Canone sequens deducitur conclusio: UNUM JUSPATRONATUS POTEST CUM ALIO PERMUTARI, SEU JUSPATRONATUS IN ALIUM TRANSFERRI TITULO PERMUTATIONIS.

Quam conclusionem probant *Gloss.* hic verb. *Nemini*, ibique *Archidiac.* *Bellamer.* num. 1. & *Gloss.* in cap. *Cum seculum de Jurepat.* verb. *Emptorum*, ibique *Butr.* num. 4. *Gonzalez* num. 3. & *Gloss.* in *Clement.* *Plures*, §. Et ut facilius, verb. *Liberè*, ibique *Abb.* num. 6. *Vitalin.* num. 12. *Federic.* de *Sen.* conf. 225. num. 2. & 234. ante num. 1. *Gemin.* conf. 45. num. 2. *Rocch.* de *Curt.* de *Jurepat.* verb. *Ipse*, *velis*, num. 1. & num. 27. *Lambertin.* eodem tract. lib. 1. par. 2. quest. 3. art. 1. num. 1. & seq. & art. 2. num. 1. *Paul.* de *Cittadin.* eodem tractat. par. 9. num. 13. *Vivian.* eodem tractat. par. 1. lib. 4. cap. 3. num. 1. *Mantic.* de *tacit.* & *ambig.* lib. 25. tit. 9. num. 45. *Barbos.* de *poteſt.* *Episcop.* par. 3. *alleg.* 71. num. 31.

1. Licet enim Canon loquatur de Monasterio, & ab eo statuatur Monasterium commutari non posse, nisi cum alio Monasterio, tamen nomine Monasterii venit, & intelligitur hic Juspatronatus, sicuti multoties venit, & intelligitur Juspatronatus nomine Ecclesiae, juxta *Gloss.* in cap. *Nullus de Jurepatr.* lib. 1. par. 2. quest. 1. art. 14. num. 4.

2. Ratio autem conclusionis est, quia Jurapatronatus inter se habent symbolum, & similitudinem, & sunt ejusdem naturæ, scilicet annexa spiritualitati, unde inter ipsa conveniens est permutatio, & facile titulo permutationis transferri possunt, cum in habentibus symbolum facilior sit transitus. *Imol.* in cap. *Exhibita de rer. permuat.* num. 25. *Lambertin.* de *Jurepatr.* lib. 1. par. 2. quest. 3. art. 2. num. 2. *Mantic.* de *tacit.* & *ambig.* lib. 25. tit. 9. num. 46.

Quoad hanc conclusionem sequens differit Casus.

ARGUMENTUM.

Juspatronatus Gentilium, an permutari possit cum Jurepatronatus hæreditario, & an in permutatione Juriumpatronatus necessarius sit consensus, sive auctoritas legitimi Superioris.

SUMMARIUM.

- 1 *Juspatronatus cum re temporali permutari non potest.*
- 2 *Juspatronatus permutteri non potest cum præstimonio, nec cum patrimonio, nec cum pensione.*
- 3 *Permutatio Cafero, cui sit annexum, Juspatronatus cum re temporali, hoc transfertur titulo hujus permutteris.*
- 4 *Juspatronatus non potest permutteri cum Beneficio Ecclesiastico à Patrono Laico, jecus à Patrono Ecclesiastico. Intellige, ut ibi.*
- 5 *Consilium Romani 317. quo sensu procedat? explicatur.*
- 6 *Juspatronatus permutteri potest cum altero Iurepatronatus.*
- 7 *In permutatione duorum Iuriumpatronatus merè Laicalium, an, & quando requiratur consensus Ordinarii?*
- 8 *In permutatione Iurispatronatus merè Laicalis cum Iurepatronatus Ecclesiastico requiritur Beneplacitum Apostolicum, & quare? Vide ibi.*
- 9 *Juspatronatus Gentilium ab ultimo de familia permutteri potest cum Iurepatronatus hæreditario.*
- 10 *Juspatronatus Gentilium permutteri potest cum Iurepatronatus hæreditario, dummodo permutteri fiat in melius, & dummodo non appareat fundatorem habuisse ad illud particularem affectionem, & quare? Vide num. 15. secus si fiat in pejus, num. 12.*

CASUS UNICUS.

Juspatronatus cuiusdam simplicis Beneficii tenuis redditus reservatum à fundatore pro illis de ejus familia permutatum fuit de consensu Ordinarii à Titio de dicta Familia possessore ejusdem Jurispatronatus cum Jurepatronatus Canonici pinguis redditus erexit in quadam Cathedrali, quod Cajus titulo hæreditario possidebat; Defuncto Titio, ac vacato memorato Beneficio, Cajus presentavit ad illud Rectorem, cui presentationi se opposuit, successor Titii de dicta familia, sub motivo, quod ipse non poterat permuttere Juspatronatus, quod in casu obitus tenebatur restituere illis de familia; queritur proinde in hoc casu, an potuerit à Titio permutteri Juspatronatus Gentilium cum dicto Jurepatronatus hæreditario de consensu Ordinarii?

Pro clara resolutione hujusmodi questionis sciendum est Juspatronatus triplici respectu considerari posse, nimurum respectu rei totaliter profanæ, seu temporalis; respectu rei totaliter spiritualis; & respectu rei nec totaliter temporalis, nec totaliter spiritualis, sed spiritualitatē annexæ.

Si consideretur Juspatronatus respectu rei totaliter profanæ, seu temporalis non potest cum ea permutteri, alias committetur Simonia, ad Text. in cap. Quia Clerici, & in cap. De Iurepat. de quibus infra Part. II. Can. XII. & XIII. Imol. in cap. final. de rerum permut. ante numerum 1. & num. 11. Rocc. de Curt. de Iurepat. verb. Ipse, velis num. 27. Lambert. eodem tract. lib. 1. part. 2. quest. 3. artic. 3. num. 1. Vivian. eodem tract. part. 1. lib. 4. cap. 3. numer. 3. Mantic. de tacit. lib. 25. tit. 7. numer. 8. Sic Juspatronatus permutteri non potest cum præstimonio, quod sine titulo conferitur, nec cum patrimonio, ad cuius titulum quis fuit promotus, quia utrumque est quid temporale. Mantic. de tacitis, & ambig. lib. 23. tit. 9. num. 37. & seq. Nec cum pensione ad tempus separata à redditibus Ecclesiæ, seu quæ simpliciter constituitur ad tempus super fructibus Beneficii, & Clerico assignatur ad particolare ejus commodum, quia hæc est temporalis, Mantic. ubi supra num. 35. ad differen-

ferentiam alterius Pensionis, quæ perpe-
tuo auctoritate Superioris separatur à redi-
ditibus Ecclesiæ, ut sit unum Beneficium
pro Clerico, juxta distinctionem, quam
tradit Fagnan. in cap. Ad Audientiam de
rescript. num. 41. 48. & seqq. & dicam
infra Part. II. Can. XXVII. Sed licet Jus-
3 patronatus de per se permutari non possit
cum re temporali, potest tamen Castrum,
seu Villa, cui sit annexum Juspatronatus
permutari cum eadem re temporali, & in
hoc Casu illud transit cum Villa, & Ca-
stro, juxta Text. in cap. Ex litteris de
Iurepatronat. de quo infra Parte II. Can.
XIV.

Si vero consideretur respectu rei tota-
liter spiritualis, E. G. respectu Ecclesiæ,
aut Beneficii, non potest à Patrono Laico
cum illa permutari, quia Laicus est incapax
possidendi rem totaliter spirituali-
alem. cap. 2. de Iudic. cap. Messana, & cap. Sa-
cra sancta de elect. Lambertin. de Iurepatr.
libro primo par. 2. quaest. 3. art. 1. num. 2.
Potest tamen hujusmodi permutatio Juris-
patronatus cum Beneficio, aut Ecclesia,
fieri inter Patronum Ecclesiasticum, &
Rectorem Beneficij, seu Ecclesiæ auctori-
tate tamen Summi Pontificis, quia Patro-
nus Ecclesiasticus est capax possidendi rem
totaliter spirituali-
alem, scilicet Ecclesiam,
aut Beneficium, Imol. in cap. finali de
rerum permut. num. 25. Mantic. de tacit.
& ambig. lib. 25. tit. 9. num. 45. dummodò
tamen Rector Ecclesiæ, aut Beneficij, quod
permutatur cum Jurepatronatus non sic
promotus ad titulum ejusdem Beneficij, si
enim ad hujus titulum sit promotus, &
non habeat aliunde vivere, & de hoc non
fuerit facta mentio Summo Pontifici, per-
mutatio est nulla, juxta dispositionem
Concilii Tridentini cap. 2. sess. 21. de Refor-
mat. ibique Barbos. num. 28. & Constitutio-
nis Sancti Pii V. de qua Bullar. vet. in or-
dine la 58. Garz. de Benefic. part. 2. cap. 5.
num. 218. Gratian. discept. 159. num. 1. &
seq. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 7.
num. 44. Nullatenus obstante, quod Jus-
patronatus, & Ecclesia, seu Beneficium
Ecclesiasticum sint diversæ qualitatibus; quo-
nam sufficit, ut permutari possint, quod
sunt spiritualia, aut spiritualitati annexa,
ut patet in Beneficio simplici, quod licet
sit diversæ qualitatis cum Beneficio cura-

to, tamen inter utrumque fieri potest per-
mutatio. Federic. de Sep. de permut. qu. 14.
Imol. in cap. finali de rerum permut. num. 25.
& seq.

Contra hoc objici potest Consilium Ro-
mani 317. num. 1. ubi videtur ab eo reje-
cta tamquam Simoniaca permutatio Juris-
patronatus cum Beneficio Ecclesiastico,
ibi: Breviter dicendum promissionem hanc
factam per dictum Presbiterum Angelum
de dando Stephano Canonicatum Sancti Se-
cundini, si ipse sibi daret voces Patrono-
rum, quas habet ad presentationem Ecclæ-
sie Sancti Benedicti Simoniam continere
igitur non servandam: Sed hujusmodi
Consilium minime adversatur, procedit
namque in permutatione Jurispatronatus
cum Beneficio Ecclesiastico facta à Permu-
tantibus propria auctoritate, & præceden-
tibus pacis, & conventionibus, quæ qui-
dem est prohibita, & Simoniaca, dum
spiritualia cum spiritualibus non possunt
propria auctoritate permutari, nec spiri-
tualia, vel eis connexa permutare cupien-
tes valent inter se pacisci ad Text. in cap.
Cum olim, & cap. Questus de rer. permut.
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 25. tit. 7.
num. 9. & 26.

Denique Juspatronatus, si consideretur
respectu rei, nec totaliter temporalis, nec
totaliter spiritualis, sed spiritualitati an-
nexa E. g. respectu alterius Juspatrona-
tus potest cum hoc permutari juxta dispo-
sitionem prælantis Canonis, & auctorita-
tes ibi in Commentario relatas.

Sciendum est insuper permutationem
fieri posse inter duo Juspatronatus merè
Laicalia; Et hoc dupliciter. Primò. Quan-
do plures Laici in communi, & unitim
sunt Patroni plurium Ecclesiarum, & isti
inter se disponant, quod unus sit Patro-
nus in una, & alius in alia Ecclesia; Et
in hac permutatione non requiritur de
novo consensus Ordinarij, quia jam illi
possident dicta Juspatronatus de illius
consensu, juxta Glossam in Clementina
Plures §. Et ut facilius de Jurepatr. verb.
Liberè, ibique Vitalin. num. 10. Secundò,
quandò sunt plures Patroai de per se, &
unusquisque permutat inter se Juspatro-
natus, & in hac permutatione requiritur
consensus Ordinarij; Quoniam licet quis
possideat Juspatronatus, quod permutat
de

de illius consensu, tamen respectu Jurispatronatus, cum quo permittatur non habet consensum Ordinarij; unde ut hoc validè possidere possit titulo permutationis requiritur hujusmodi consensus, cum abique illo Juspatronatus de per se possideri non possit. Rocch. de Curt. de Iurepat. verb. Ipse, vel is num. 28. Lambertin. eodem tractat. lib. 1. par. 2. quæst. 3. art. 2. numer. 6. & seq. Paul. de Cittadin. eodem tractat. par. 9. num. 13. Vivian. eodem tractat. par. 1. lib. 4. cap. 3. num. 3.

8 Ac etiam fieri posse permutationem inter duo Jurapatronatus, quorum una sit Laicale, & aliud Ecclesiasticum, nimirum, quod Patronus Laicus permittet suum Juspatronatus cum altero Jurepatronatus, quod habet Ecclesia respectu alterius Ecclesiae, seu Beneficij; & in hac permutatione præter Causas necessitatis, & utilitatis requiritur Beneplacitum Apostolicum, non respectu Jurispatronatus Laicallis, quia hoc concedi potest Ecclesiæ absque ullo consensu Superioris, ut dicam infra Part. II. Can. XVII. sed respectu Jurispatronatus Ecclesiastici, sive Laicus, & Ecclesia possideant dicta Jurapatronatus unitim ex eadem Causa, sive separatum de per se (quidquid sentiat Lambertin. existimans, quod quando Laicus, & Ecclesia possident plura Jurapatronatus incommuni, & unitim possit fieri inter ipsa permutatione absque ullo consensu Superioris, lib. 1. par. 2. quæst. 3. art. 1. num. 2. quem sequitur Vivian. eodem tractat. parte prima: libro 4. cap. 3. numero 2.) Ratio est, quia cum permutatione sit species alienationis cap. Nulli de rebus Eccles. non alienan. Castrren. conf. 119. num. 1. tomo 1. Mantic. de Taxis, & ambig. lib. 25. tit. 6. Rota. decis. 157. num. 5. parte 3. recent. Juspatronatus alienari non potest ab Ecclesia absque Beneplacito Apostolico, juxta Turritell. de rebus Eccles. non alienan. cap. 2. num. 21. & cap. 8. num. 13. & 53. Rota. decis. 157. numero 5. parte 3. & decis. 191. numero 8. parte 5. & decis. 129. numero 16. parte 7. recent.

His præmissis videtur in hoc casu dicendum non potuisse Titium in hoc casu de consensu legitimi Superioris permittare Juspatronatus Gentilitium respectu simplicis Beneficij, cuius redditus sunt tenues, ex quo evidenter resultat, quod sit melioris conditionis, & utilius familiæ primum, quam secundum Iuspatronatus, dum honorificentius, & magis decorum videtur esse præsentare ad Canonicatus in Cathedrali, quam præsentare ad simplex Beneficium, & illi de familia facilius in casu inopie subveniri, & alimentari poterunt à Proviso ejusdem Canonicatus, quam à Rectore dicti Beneficii, qua stante meliori conditione, & utilitate Iuspatronatus hæc-

9 de vocatis ad Juspatronatus possit hoc permutare, & alienare, ut in terminis fidei-commissi docent Natt. conf. 445. num. 19. & 470. num. 3. Handed. conf. 58. num. 16. & conf. 72. num. 19. Tiraquell. de retract. Consanguin. §. 26. Gloss. 1. num. 8. & alii apud Medic. decis. Senen. examinat. III. num. 69. quia Juspatronatus in ultimo de familia sit hæreditarium juxta notata infra Parte II. Can. I. & II. Cas. XVII. n. 1. Tamen existentibus eis de familia Juspatronatus Gentilitium permutari, & transferri non potest ad extraneum in præjudicium Vocationis, Tondut. quæst. Benefic. 30. num. 19. parte 1. Rota in Fossanen. Iurispatronatus 12. Martii 1703. §. final. coram bon. mem. Eminentissimo Caprara, & in Nolana Beneficij 2. Maii 1712. § Neque attendi coram R. P. D. Falconero, & dicam infra dicta Par. II. Can. I. & LI. Cas. XIX. num. 16. & Can. XIV. & XV. Cas. II. n. 6. Ratio est, quia Possessor Juspatronatus Gentilitij, eo mortuo tenetur illud restituere Superstitibus de familia juxta voluntatem Testatoris, & iste reservando Juspatronatus pro eis de familia, si non expresse, saltem tacite videtur prohibere quacumque alienationem ejusdem Juspatronatus etiam titulo permutationis in extraneum.

10 At his posthabiti censeo validè potuisse Titium in hoc casu de consensu legitimi Superioris permittare Juspatronatus Gentilitium cum Jurepatronatus, quod Cajus titulo hæreditario possidebat; Permutavit namque illud cum altero Jurepatronatus melioris conditionis, & utiliori familiæ, dum Juspatronatus hæreditarium Cajus est respectu Canonicatus in Cathedrali, & pinguis redditus; Illud vero Gentilitium Titij est respectu simplicis Beneficij, cuius redditus sunt tenues, ex quo evidenter resultat, quod sit melioris conditionis, & utilius familiæ primum, quam secundum Iuspatronatus, dum honorificentius, & magis decorum videtur esse præsentare ad Canonicatus in Cathedrali, quam præsentare ad simplex Beneficium, & illi de familia facilius in casu inopie subveniri, & alimentari poterunt à Proviso ejusdem Canonicatus, quam à Rectore dicti Beneficii, qua stante meliori conditione, & utilitate Iuspatronatus hæc-

hæreditarij Caij validè potuit Titius permutare eum eo propriū Iuspatronatus Gentilitium, nec illi de familia hanc permutationem impugnare valent, cum sit à Jure non solum permitta, sed laudabilis permutatio rei subjecta restitutio; uti est Iuspatronatus Gentilitium cum altera re utiliori, dummodo prout in casu praesenti, non appareat Testatorem ad eam habuisse particularem affectionem ad Text in L Imperator, § Sed quod inde ff de Legat 2 ibique Barthol Fusar de substat. quest. 134 num 7 & 9 & 10 & question 530 numer 1. Card de Luca de Fideicom. disc. 177 num 6 & disc. 273 num 18. § Isto autem, Rota decis 807 num 29 & seq par. 18 recent.

Ratio autem est, quia permutatio hæc Iurispatronatus facta à Titio non est contraria, immo uniformis verisimili menti fundatoris; si enim hic viveret, & fuisset ei data occasio permutandi propriū Iuspatronatus cum alieno Jurepatronatus melioris conditionis, & utiliori verisimiliter permutationem hanc etiam ipse fecisset. Merlin de Primogen lib 4. cap. 4 num 12. Card de Luca de Fideicom. dicto discurs 273 num 18. § Ad duo, Medic. decis Senen examinat 3 num 55 & seq. Hac vigore ejusdem permutationis pri-

vantur de familia Iurepatronatus, quia Iuspatronatus hæreditarium, cum quo Titius permutavit Iuspatronatus Gentilitium, subrogatur loco Gentilitij, & assumit hujus naturam, & qualitatem, ut pariter in eo succedere debeant illi de sanguine ad instar rerum subjectarum fideicommisso, quæ si cum alijs permittentur, hæ suscipiunt eamdem naturam, & qualitatem, ut pariter sint subjectæ restitutio. Text. in L Imperator, § ultimo ff de Legat 2. Peregrin de Fideicom. art 39 num 12 & art 44 num 30. Giovagnon. lib 2. respons. 22 num 1 Rota in Balneoregion. Depositii, & investimenti 15 Iunii 1714. § Nihil relevante, coram R. P. D. Falconerio, & 6. Decembbris 1715. § Quam parum coram R. P. D. Crispo.

¹² Nullatenus relevantibus eis, quæ superius in contrarium afferebantur; procedunt namque illa in casu, quo permutatio Iurispatronatus Gentilitij fiat in pejus, aut appareat fundatorem habuisse particularem affectionem ad illud, non vero quandò permutatio fiat in melius, & de hac particulari affectione non constat; Examindii erant hic plures casus spectantes ad permutations, & resignationes Beneficiorum Patronalium, sed de his Deo dante ageamus infra loco Parte VI.

F I N I S.

